



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Cæsarivs Conf. 27. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

27 Aug.

VITA SANCTORVM. 421

martyres erogassent, ex his florâ laurâque AVRELIAE per somnum visæ utriusque præmium operæ martyriū palmam sunt pollicitæ. Non fecellit tam sanctus Morpheus. Ducti ad supplicium cum plurimis aliis (ex quibus uni scala in cælum se porrigenis viam scilicet ostendit) caput truncandum pro fide præbuerunt, duplii dehinc titulo beati, cùm & conjuges & martyres audiunt, iidemque & casti & fortes. Ex Surio.

O quam beata mens, qua propter sui innocentiam inconfetti invictissimi aeternique Regis astare non veretur, & ad quam velut in proprium thalamum celestis festivè declinat sponsus! S. Laur. Iust. de cœf. con. c. 14.

S. CÆSARIVS CONF. 27 Augusti:

Q Visquis flores aut fragra legis inter Poëtarum vireta, heu! cave tibi; latet anguis in herba. Vides indormire CÆSARIVM serpentis amplexibus? Non Aesculapius erat hic, sed Apollo, profanus inquam codex, cui noctem quandoque invigilabat ille, cùm precibus debuisset. In somnis ostendit cælum, serpentis, non libri volumina esse, quibus incumberet. Quare manibus hæc excussit. Tu quoque, quæ in sinu hos angues, imò in oculis geris legendō, cavebis, iterum moneo, juventus. Ceterum puer CÆSARIVS non semel prætextam posuit, ut pauperes hanc acciperent, domi deinde spoliatum se à prætereuntibus commentus, cùm interim ultrò in has prædonum manus accutret. E mundo cùm abiret, inconsultis id parentibus (ne viam ob siderent) fecit. Abhinc mundo mortuum quis negabit, quandoubi Abbas ad Episcopatum Arelatensem quarebatur, tumulo, quo se absconderat, fuit extrahendus? Multis sacerdotiis

pius calumniis appetitus , exilio mulctatus, vinculis oneratus, unis tamen beneficiis semper cerravit, Certe calumniatorem lapidibus obuendum servavit , civicamque ex hoste meruit. Rex ipse Theodoricus cum reum ad tribunal vocasset , ubi ad instar Angeli splendentem intuitus est, habere exiade patronum suum apud DSVM maluit. Ejus dona(uti & vasa sacra vestesque) omnia in captivorum subsidia dilapidavit, veros Ecclesiarum fauoris animos esse reputans. Abiit tandem mortuus è vivis, cùm prius ipse mortuum ad vivos redixisset. *Ex Lippeloo.*

Damonum cibus est carmina Poëtarum, seculari sapientia, Rhetoricorum pompa verborum. Hac sua omnes suavitate etant, & dum aures versibus dulci moderatione currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna devinctant.
S. Hieron. in parab. fil. prod.

S. MARGARITA VIDVA. 28. Augusti.

Nobilem hanc MARGARITAM fortuna ad gregis, quem paupercula pascebat, pedes abjecit. Et tamen splendor illius ex ipso celo Christum accivit, ut pauperem & ipse induitus stipendieret. Nec abauit illa sed panem, quem unicum habebat, illi tradidit non parvo lucello. Nam continuo Christus ex oculis abiens suavissimo odore MARGARITAM perfudit. Hoc interim probè pasta cùm domum deinde venisset, & mater negaret in pezu panem esse, protulit tamen inde MARGARITA talcm, qui caudore & sapore celum loqueretur, famemq; non famille modd, sed torus vicinix unicus placarer. A morte mariti(nam subere coegerant patentes) tota in pictatis fluctu-